

quã in verissimã assertionem desino, vir summe, et cum
amplissimo Tuldeno literatissimo Juris consultorum
atque ut hic profiteri soleo, ut multum digne
valeas opto. *Verissime Tuus.*
23^o Dec: 1638. *G. A.*

Querio Boxhornio.

Clarissimo Boxhornio (268).
Prorsus mihi tuo calamo opus est, si expectas ut editio
quantopere me affecerit, longã venustissima dissertatio
quam de somnijs ad Inventutem vestram habuisti,
calamo inquam tuo; quo non alia doctius, elegantius
vincacius usus es. nisi quod a capite ad calcem porro
excitatus, paulo ante exordium dormitasse videris,
in scriptã nomini meo nobilissimã lucubratione, quasi
is ego sim, à quo lucens illa mutuari vel possit,
vel necesse habeat. quem errorem quamdiu non
fateris et exuis, scito te hoc Leida agere, quod in
Masinissa Regiã fecit Scipio ille quidem tuus.
Cur enim inquit Philosophus meus, vitia sua nemo
narrare vigilantis est. Expergiscere itaque, et vigil
foedum ac capitale mendum, saltem paenitentia dolo
quã licet, factum quod est, infectum fieri non posse
fatear, iusto nihilominus, ut a simili te olim iustit
tute deterream, suadeamque si quid ejus modi, ut
suspiciari facis, in animo habeas, periturae parere
chartae, μη γένωτο, ut scriptum est τα εχάλα θνη
Amicitiae enim meae, si cuius illa praestit, nullam
me sic quidem, facturum es, jacturam. Etenim dignis
simus quies ab omnibus amari, a me hoc praecipue
et constantissime hoc fieri statuo. neque his lenocinijs
egere multo solidiori argumento nixum affectum
virtutis nimirum tuae, et in aetate nondum satis
virili maturissima conditionis. Vale vir Amplissime
et hanc partem operis Bredani cujus editionem a me
expectamus nimirum penes me latuisse boni consilio
1639.

D. Heinsio, licet nuper a nobis discesserit, salutem verbi mei
dici postulo, dignatus est inspicere et adhuc servat Poematis
Vernaculi exemplar Manuscriptum, quod haecenus suppresseram
Niquid

si quid inter Scipionem et cetera somnia
aliquid otij est, quod succidas, magni fecero
tuis quoque manibus obiter evolvi opusculum
inter nugas meas non negacissimum. luctu
autem meo, ut videbis, necito abruptum.
Nunc ad me referendum ut curas, peto.

J. Jac: Pontano.

(269)
Ad epistolam tuam Pontano Charissime, multis mihi post
diebus quam scripta fuit, redditam, statim ecco et facili
negotio sic respondeo. Di. Historiae Belvicae exemplar
Principi meo oblatum cupis, ad me quamprimum defertur
ut curas, praestituum hanc in re, id officii, quod in
majoris momenti alijs ad commoda vel expectationem
tuam spectantibus, prono ubique affectu, animoque
libentissimo praestabit. Tuis.

26. Januarii 1639.

Nicolao Heinsio.
D. fil:

(270).
Magnam cum voluptate mea observo, doctissime Juvenum,
eruditionis in te ac iudicii incrementa; non latentia
illa quidem, qualia fere sunt rerum naturalium, sed
grandi, et ut apud Comicum legisti, gallatorio gradu,
in arduum virtutis clivum eitentias. Observavi autem
his diebus, in soluti adstrictique sermonis vere flosculis
quos tumulto dignissimi sodalis, utriusque summam cum
laude inspexisti. Confirma me, et quodam modo
consolans, anxium subinde, quid hoc tandem saeculo
futurum sit; cui cum quotidie ut vides, praestantissima
quaque literarum lumina eripiantur, earundem
et nomen aliquando auferendum erit, Summus vir
tuus parens, qui me hercule cum paucissimis hodie
hic huc consummata eruditionis existimationem,
aliunde, et quidem quocumque penes oculos flexeris, pri
dem exultantis. Occurris enim lassitanti, et frequentibus
iudiciis, ut nunc demum polliceris, si qua fata aspera
vincas, non fore, ut unquam iuste Patria doceat de
toto Heinsio simul amisso. Quando igitur tot anxorum
intervallo me sequeris, neque eo fortasse curricula mei
spithamas possigetur, ut in aetate tua ac studiorum tuo
rum summam maturitatem admiratus sim, gaudeo

ex me